



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XVIII. Heinrich Schenk von Schenkendorf verschreibt dem Rath zu Wittenberg das Patronat über einen Altar für den Fall, daß sein Geschlecht erlösche, am 9. Juni 1331.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

plebano in hylghenfe, et domino Weygero arnoldo plebano in Woftermarke, et domino Laurencio plebano in Vzzytz, et domino Johanni plebano in Rorebeke, et domino Nycolao plebano in Cyten, et domino arnoldo Weygero plebano in Lancwiz, et domino Johanni plebano in Clodow, et domino frederico plebano in Marchow, et domino wromoldo plebano in Topelitz, et domino Thome plebano in Seghewelde, et domino wilhelmo plebano in Ezzyn, et domino henrico plebano in Clobeloc, et domino Borgardo plebano in Gardyz, et domino henrico rectori capelle domus infirmorum iuxta ciuitatem Spandow, vendidi XXX solidorum reditus brandenborchgenfis monete pro X marcis cum dimidia eiusdem monete argenti, abfque omni inquietacione omnium feruiciorum et exactionis cuiuslibet, libere poffidendos, quorum omnes hereditatem dicti transnauigii perpetuis temporibus poffidentes quindecim solidos in fefto beati Martini et quindecim solidos in natali beatorum apoftolorum Petri et Pauli dictis fratribus et omnibus eisdem in eadem fraternitate fuccedentibus abfque omni occafionis fcrupulo prefentabunt, Promittendo eisdem quod omnes heredes mei, quos natura in efle produxit et adhuc deo dante producere poterit, cum ad annos difcretionis peruenerint, huic uendicioni mee confentire debeant et eandem ratam et firmam et inuiolabilem debeant obferuare; Verumptamen fi rerum euentus, qui fortuitus eueniunt in difpofitionibus humanis, compellerent quemquam dominum feu huius terre principem aliquam exactionem exigere de bonis prehabitis, quod ego dictis fratribus feu dominis acceptam pecuniam uidelicet Decem marcas cum dimidia Brandenborchgenfis argenti reddere debeam fequenti die poft feftum beati Martini, omni prolatione poftpolita et femota. Preterea prefentibus adicio, quod ego de omnibus condicionibus infra fcriptis prefate uendicionis per fratres meos dilectos Albertum, militem, et arnoldum et Ottonem, dictos de Bredow, et patrum meum dilectum Johannem dictum de wanstorp, eiusdem uille dominum, prenarratis fratribus feci fideiufloriam cautionem. Acta funt hec coram uiris honorabilibus et discretis, uidelicet domino Borgardo dicto Greuelhut et domino Nycolao de Groben et domino Johanne plebano in Seborch, et domino Nycolao plebano in hylgenfe, et domino Nycolao dicto de bochow, et domino henrico rectore Capelle domus infirmorum iuxta ciuitatem Spandow, et Johanne dicto Clyit et Johanne de Doberiz, ibidem domino, et aliis quam plurimis fide dignis. Anno incarnationis domini Millefimo Trecentefimo Decimo Tercio, in die beati Martini confefforis.

Dgl. Mhdens Waldemar II, S. 507—509.

XVIII. Heinrich Schenk von Schenkendorf verfchreibt dem Rath zu Wittenberg das Patronat über einen Altar für den Fall, daß fein Gefchlecht erlöfche, am 9. Juni 1331.

Wir Heinrich Schencke von Schenckendorff, Bekennen in diefen kegenwartigen Bribe, daz Wir mit Rate und Geheicze des Gewaldigen Fürften Vnfers lieben Gnedigen Herrn Herzogen Rudolpff von Sachfen, haben gefchickt also befcheiden, ob vnfe Sone oddir ires Kindes Kint ane Erben abegingen, das Got nicht en wolle, das denne dy Ratmann von Wittenberg follen haben die Lyunge des Altaris, den wir haben in der Pfarren Kirchen czu Witten-



berg gebuwet und bewedemit in der Hiligen Merterer Ehre Sente Georius unde Sente Erhardus, in gotaner Wyfs, wenne Sie den Altar lyhen, daz sie den fallen bevelin, daz ehr Vns unde Vnser Kindere unde auch vnser Nakommeliche in seiner Mese unde in sine Gbeth ewichligk gedencket. Czu Orkunde diesser bescreben Sache sind gezügen Her Erhard von der Dhame, Her Herman von Weznick, Andreas von Globig, Herman Gerticz, Bertram von Refeldt, Johannes von der Czanne, Vnser Obriste Schreiber, und Otto von Czuzow, Vnser Schreiber, unde ander viel bederber Lüte, die darobir gewefin sin. Daz daz gancz unde stete blibe und ungebrochen von Vnfern Vettern unde von andern Vnfern Fründen, des haben Wir diefn Brief bevest mit Vnfern angehangeden Ingefignil czu eyner Uffenbar Bekenntniffe. Der geben ist czu Wittemberg, Nach Gotis Gebort, Thufend Jar, dreyhundirt in dem Ein und dreyfsigftin Jare, in der Hiligen Merteren Tage Sente Primus und Felicianus.

Schöttgen und Kreysig, *Diplomataria et Scriptorum Historiae Germanicae* III, 410.

XIX. Bischof Ludwig von Brandenburg bestätigt eine Disposition des Kalands in Burg wegen der Dotation und Besetzung des Altars St. Dionysii, am 9. März 1334.

In nomine domini Amen. Quoniam omnium habere memoriam potius est diuinitatis quam humanitatis, Ne ergo ea que coram nobis aguntur obliuioni tradantur, consueuimus scripture memoria perhennari. Notam igitur esse volumus uniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris, Quod nos Confratres kalendarum in Borch ob Reuerenciam dej. et exaltacionem catholice fidej et Animarum nostrarum Salutem dotauius Altare Sancti Dyonisij, situm in Ecclesia Sancti Nicolai in Borch, ad celebrandam in eo cottidie missam nostram ac predecessorum nostrorum memoriam perpetue peragendam, Afsignantes nichilominus dicto altari pecuniam et bona simul Quinquaginta Marcas argenti valencia, que uidelicet bona in meliorem usum dicti altaris sunt vertenda. Predictum vero altare cum voluntate beniuola et vnanimi consensu domini Mathie plebani in Borch et fuorum Concanonicorum condotauius concorditer in hunc modum: Quicumque ipso altari vacante plebanus in Borch fuerit, sepredictum altare illj, qui memorato plebano per decanum predictorum confratrum presentatus fuerit, absque vlla contradictione conferet, Dummodo talis presentatus sit vnus de nostris Confratribus supradictis et eciam ydoneus sit et honestus, quia sepredictum altare extra communitatem nostram nullj statuimus conferendum. Missa vero dicti altaris infra summam missam frequencius est dicenda, si vero plebanus Ecclesie ratione funeris presentis forfitan vnus missa indigenciam habuerit, presbiter sepredicti altaris cum sua missa plebano debet beniuole suffragari. Oblaciones vero, si que ad altare vel ad manus sacerdotis predicti delate fuerint, plebano sine diminutione qualibet presententur. Et nos Lodewicus, dej gracia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, diuinum cultum promouere et augmentare volentes et pium deo obsequium in omnibus semper inpendere, ut christus amplius in suis glorificetur operibus, et deuoti homines, qui ad altare predictum elemofinas suas largiti fuerint, salutem aminarum suarum et veniam celerius consequantur, dictam dotis assignacionem ratam habuimus et eam approbauimus noftrique Sigilli firmauimus munimento, Iniungentes omnibus christi fidelibus in remissionem peccatorum fuorum, ne